Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Tuc imponebat manus super illos et abierunt spm sm. Ro.
Illo t. d. d. d. s. Amen amen dico vobis: qui non intrat per
ostium in ovile ovium. Sed ascendit aliunde ille fur est et latro.
Qui autem intrat per ostium pastor est ovium. Huic ostiarius
aperit et oves vocem eius audiunt. Et proprias oves vocat no
minatim et educit eas. Et cum proprias oves emisit ante ea
dit: et oves illum sequuntur quia sciunt vocem eius. Alienum
autem non sequunt sed fugiunt ab eo quia non nouerunt vocem alienorum.
Hoc proverbium dixit eis ihs. Illi autem non cognouerunt quid loquitur eis.
Dixit ergo eis iterum ihs. Amen amen dico vobis: quia ego sum
ostium ovium. Omnes quotquot venerunt fures et latrones sed non
audierunt eos oves. Ego sum ostium. Per me si quis introierit salvabitur
et ingredietur et egredietur et pascua inveniet. Fur non
venit nisi ut furetur et mactet et perdat. Ego veni ut vitam
habeant et abundantius habeant. Ifd lo. iii. Ioh. h. sapie.
Adiecit ihs: Dixit salomon filius suus. Diligite iustitiam qui
iudicatis terram. Sentite de deo in bonitate et in simplicitate
cordis quaerite illum. Quia inuenietur a his qui non tentant
illum. Apparet autem his qui fidem habent in illum. Perversae enim cogi
tationes separant a deo. Probata autem virtus corripit insipientes.
Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia nec habitabit
in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sancti disciplinae effugiet fic
tum et auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu et con
tristabitur adsupveniente iniquitate. Benignus enim est spiritus sapie
habitabit maledictum a labiis suis quia renum illius testis e
deus et cordis eius scrutator est verus et linguae illi audi
tor. Quia spiritus domini replevit orbem terrarum et hoc quod continet
omnia scientiam habet vocis. Iha. lto. ysaie prophete.
Ecce dabit dominus deus. Audi iacob puer meus et israel quem

no. Eim sedm Brevia. Salzb.

Eria no est eim